

i. Corinth. 12. v. 4. 13.

Distinctiones autem donorum sunt, sed idem Spiritus. Et distinctiones ministeriorum sunt, sed idem Dominus. Et distinctiones operationum sunt, sed idem est Deus efficiens ea omnia in omnibus. Vnicuique vero datur declaratio Spiritus ad utilitatem. Nam huic quidem per Spiritum datur sermo sapientiae, alij vero sermo notitia per eundem Spiritum. Alteri vero fides per eundem Spiritum: alij vero donum sanationum per eundem Spiritum: alij vero operatio virtutum, alij vero prophetia, alij vero discretio Spiritum. Alteri vero genera linguarum, alij vero interpretatio linguarum. Sed omnia haec efficit vnus ille & idem Spiritus, distribuens priuatim illa singulis sicut vult. Sicut enim corpus vnum est, & membra habet multa, omnia vero illa membra corporis, quod vnicum est, multa sunt, sed vnum sunt corpus: ita & Christus.



Sächsische
Landesbibliothek
Dresden